

flatus se in illum insinuare soliti. Sed cum referas latus affectum semper contractum & concayum mansisse, per plures annos, exin in eam descendo sententiam, ut statuam, causam primariam non hærere in musculo externo, sed contineri in vasis Lienis insertis & membranis vicinis, quæ dum replentur crassis humoribus, secundum latitudinem extenduntur, secundum longitudinem autem abbreviantur, & ita Lien retrahitur & per consensum etiam viciniore annexe partes, subsequuntur, ut erectus stare nequeat, haud secus, ac vasa uterina crassis humoribus sarcta, uterum distorquent, ad latus dextrum, vel sinistrum, sursum vel deorsum agitantia, pro ratione diversitatis veterum & ligamentorum repletorum. Id luculenter comprobare videtur, quod aliquot annorum spacio, sinistrum hypochondrium perseverarit contractum. Ergo non flatulenta, sed corpulenta materia, fixa ac stabilis, crassa ac viscida excrementa pituitosa, vel melancholica, vera causa reputanda. Idem demonstrare licet, quod reiteratis purgantibus, crassis humoribus

exterminatis, & venis distentis exoneratis, latus affectum, parti sanæ æquale redditum & planum. Cum igitur ex relatis constet, complicatos affectus præsentet, nunc dispendiendum, quibus præsidiorum generibus, succurrendum. Ren exulceratus requirit modicè abstergentia, exiccantia & consolidantia, calculus ad se exigendum, efflagitat attenuantia, Lien cum venis melaericis obstructus, exoptulat deopilantia. Cum æger sit opulentus, nec ullis parere sumptibus constituerit, ad recuperandam valetudinem perditam, ne nimis pharmacorum copia ipsi molestiam ac fastidium pariamus, suaderem, ut quamprimum, corpore prius probè evacuato, in acidulas Grisebacenses, ablegaretur, quæ cum præ cæteris mineralibus copioso chalybe consent, ad Renem exulceratum emundandum, calculos, si qui infederint, exturbandos, & interanea viscera omnia ab obstructionibus liberanda ac expedienda, imprimis salutare censenda. Faxit Deus O. M. ut omnia ex voto succedant.

## CONSULTAT. XII.

*Pro Viro literato Primario peregrino, variis Symptomatis subiecto.*



Affectus tuus chronicus diligentem efflagitat causarum morbosarum disquisitionem, ac commodatorum remediorum investi-

vestigationem, siquidem Lernaam, istam hydram, Ergastulum tuum oblidentem, & conquassantem, eliminare sat diu constituerimus. De Aristotele Alianis refert, cum adversa affligeretur valetudine, & Medicus advocatus, non praevio de morbi genere discursu, ipsum curare tentaret, ita fuerit affatus: Ne me velut bubulcum suscipias curandum, quin prius de causa morbi edisseras, tum me magis morigerum, & tuis praeceptis obsequentiorum reddes. Ne idem mihi eveniat, priusquam medendi modum proponam, de causis symptomatum, tibi molestiam exhibentium, tecum non nihil conferam. Sunt autem praecipua sequentia. Insensibilitas occipitii & cervicis; memoria imbecillitas: ventriculi diminuta concoctio cum appetitu languido: stupor & frigus pedum. Quae cuncta mala ex frigida ac humida cerebri & ventriculi intemperie scaturiunt. Cum tibi obtigerit ventriculus iusto frigidior cibaria assumpta, probe concoquere non potest, sed chylo crudiore ac indigesto relicto, a venis melaeraicis seu bajulis, ad Epar sanguificationis tabernam delato, laudabilis exin sanguis progenerari nequit, (siquidem prioris concoctionis errata a posteriori emendare ac corrigere, haud fas,) sed crudior emergit, pituite qualitatem referens. In ventriculo igitur frigidior,

concoctione labefactata, cum resultent excrementa phlegmatica, quae si officium illius oblidant, appetitum remorantur, suctionis sensum impediunt: & cum cerebrum frigidum itidem dyscrasiam dotatum, & sanguinem jam antea vitio ventriculi & Epatis crudiorum genitum, sibi pro nutritione demandatum, assimilare nequeat, exin humores pituitosi alendo cerebro inepti colliguntur, eos facultas expultrix molestiam inde percipiens, aliud abjicere laborat. si ista materia ad cerebellum praecipitata, memoriam violat: si ad nervos cervicis devoluta, cutem insensibilem efficit: si per spinalem medullam ad infimas vertebrae & nervos exin derivatos, amandata, eos opplens, ne liber transitus spiritibus animalibus pateat, stuporem pedibus inducit.

Et si verò ista symptomata sat diu perseveraverint, non tam in *extremis* quam *in consistentia*, ut verendum ne expugnata difficilia: sed cum ex te cognorim, nullam legitimam curam adhibitam, quin passim modò ab hoc modo ab illo Medico quidpiam pharmaci emendicaris, nullam in assumendis remediis constantiam praestans, haud omnis spes abjicienda, quin si obsecutus fueris sanis consiliis, & necessarios sumptus impenderis, vindicari queas in meliorem statum.

Quoad methodum medendi, hu-  
L I more

mores pituitosi evacuari, per phlegmagoga: cerebrum & ventriculus cum nervoso genere, calefacienda & exiccanda. Ad istos scopos complendos, sequentia medicamenta cenſeo proficua. Primo pilula cephalica, deglutienda, phlegma è capite imprimis deturbantes. ℞. M. pil. coch. aur. ſ. quib. a. ℥j. Extr. cathol. Theo. gr. vi. cum aq. beton. ſ. p. 27. Octidui ſpacio poſt vinum medicatum uſurpandum. ℞. R. Enul. ireos Flor. fanic. a. ℥ij. herb. beton. hyſſ. ſtæch. Arab. ſalv. anth. meliſſ. card. bened. a. p. i. ſol. ſen. ſ. ſ. 3x. Agar. rec. tro. ℥ij. Turb. al. Gumm. ℥ij. Mech. a. ℥iſſ. crem. Tart. ℥iſſ. dactil. Jujub. a. ℥ſſ. gal. min. ℥j. cum ſindon. al. ſ. ſac. Infund. in menſ. i. vini Neccar. vel quod melius exiſtimarem, in menſ. hydromel. alternis matutinis quart. dimidium ante prandium haurias. Pro cerebro corroborando, in diluculo ſumas Nuc. muſc. mag. de ſeq. condito. ℞. Conf. ſ. major. ſalv. a. ℥vi. ſtæch. Arab. beton. anth. a. ℥ſſ. myrob. Embl. condit. chebul. condit. a. ij. Nuc. muſc. condit. ℥ij. cort. citr. condit. ℥ij. ſp. diamb. diamof. dul. a. ℥ij. diaplir. cum maſ. ℥ſſ. dianth. ℥j. cum ſyr. conſerv. Nuc. muſc. ſ. El. molle. Vel ſi acceptius in formâ ſolidâ. ℞. Sp. diamb. diamof. dul. diaplir. cum moſ. a. ℥ij. conſect. alker. ℥ſſ. ol. ſtill. Nuc. muſc. gr. vi. ol. ſucc. rectif. gr. 4. ſac. ſin. diſ. in

aq. lavend. & ceraſ. nig. diſſ. ℥iij. ſ. conſin Rot. Alternis matutinis inungatur occiput & cervix iſto Balſ. ℞. Balſ. major. ſucc. an. ℥j. ol. Nuc. muſc. expreſſ. ℥iij. ol. ſtill. ſalv. caryo. a. g. 4. moſ. ambr. a. gr. 3. M. Geſtes cucupham capiti impoſ. ℞. Fl. ma. ſalv. ſtæch. ar. anth. a. p. i. lig. alo. ℥j. caryo. ℥iij. ſucc. alb. vernicis a. ℥j. ſtyr. calam. ℥ſſ. tro. Gall. muſc. ℥ſſ. cum ſindon. rub. & modico goſſipio interpaſſ. ſ. cuc. forma rotunda.

Pro cervicis & occipitii ſtupore abigendo, placeret ol. myrrhæ & ol. Gumm. ammon. quæ pulv. indantur alb. ovi. per coctionem indurato, in cellâ reſoſita, in liquorem diſſolv. quo partes illæ inungantur.

Pro ventriculo confortando iſte Balſ. vultum conferret. ℞. Balſ. fanic. ℥ij. ol. ſtill. macis g. 3. M. fab. major. mag. in juſc. Gall. Exterius apl. ℞. Gumm. Tacan. ladan. El. a. ℥vi. diſſ. & ext. alutæ ſ. cer. ſtom. obduc. ſindan. rub.

Si malum tam contumax hiſce non cederet ad decoctum ligni ſancti cum portione ſaſſaſtras erit confugiendum. Etenim ad calefaciendum & exiccandum cerebrum & ventriculum, omnes excrementitias ſuperfluitates abſumendas, nervos obſtructos reſerandos, non videtur accommodatius præſidium. Siquidem capite ceu fonte ac metropoli pituitolorum humorum exiccato, non

non amplius in partes subjectas de-  
 scensus continget. Ventriculo ad  
*euuagorlar* revocato, exactior succedet  
 alimentorum ingestorum elabora-  
 tio: in Epate laudabilior emerget  
 sanguificatio: & post commodior  
 etiam omnium membrorum nutri-  
 tio, & integrior sanitatis status sub-  
 sequetur. Vel si Genius tuus à curâ  
 sudoriferâ alienas, à Thermis ferinis  
 eundem effectum sperare licebit,  
 quod ablegandus. Huic adungere  
 oportet convenientem victus ratio-  
 nem, observandus ordo, modus,  
 tempus, qualitas, quantitas in cibo  
 & potu: aëre, somno & vigiliâ, mo-  
 tu & quiete: animi affectibus & su-  
 persuitatum excretionē.

Ut à cibo & potu exordiar, à ge-  
 nerosis & caput impetentibus vinis  
 abstineas, quorum vapores in cere-  
 brum sublatis, visû narcoticâ, id de-  
 bilitant & defluxionibus fomentum  
 suppeditant. Caveas à cibis difficilis  
 concoctionis & crassi succi, in hac  
 classe censenda caro bubula, suilla,  
 sale condita & fumo indurata, aves  
 palustres. Intermittenda legumina,  
 olera, fructus, pisces & lacticinia.

Utendum cibus boni succi & fa-  
 cilis digestionis qualis caro vitulina,  
 hædina, bovina junior: ex volatilium  
 genere, capones, Gallinæ juniores,  
 pulli galli. perdices, aves montanæ,  
 assâ potius, quam elixa competunt,  
 & aromatibus condita. Panis fer-

mentatus & benè elaboratus. Po-  
 tus sit vinû Neccar. vel Rhenanum  
 Enulatum absinth. Cœna sit par-  
 tior, nec edendum, nî priore coctio-  
 ne absolutâ. Ubi enim multi adsunt  
 crudi humores, nullâ aliâ ratione  
 melius, quàm abstinentiâ, possunt  
 evinici ac superati, calore naturali ex-  
 pedito, nec ciborum copia gravato  
 & à concoquendi munere avocato.  
 Recorderis igitur, sanitatis conser-  
 vandę & morbosâ dispositionis pro-  
 pulsandę omnium optimam esse re-  
 gulam, ab Hippocr. 6. Epid. inculca-  
 tam: sanitatis studium esse, non fa-  
 tiari cibus, & impigrum esse ad labo-  
 res: nec unâ vice plura & varia fer-  
 cula ingerenda, quę quantoperè tur-  
 bent coctionem, calore nativo ne-  
 queunte elaborare tot ac tanta mi-  
 scellaneâ, etiam optimâ corporis  
 constitutione aotati, nedum valetu-  
 dinarii, quotidie experiuntur, cum  
 & in ollâ igni appositâ, & diversis  
 edulis repletâ, inæqualis contingat  
 coctio, aliis deustis, nonnullis corru-  
 ptis, quibusdam crudis permanen-  
 tibus. Danda opera, ne aëris admit-  
 tas excessum Aquilonaris constitu-  
 tio exprimendo humores, Australis  
 autem humectando & replendo, ee-  
 rebro officit. Somnus diurnus po-  
 meridianus intermittendus. Exerci-  
 tium moderatum, stomacho vacuo,  
 excrementis alvi & vesicæ prius  
 emissis, probandum, Exin calor na-  
 turalis

turalis sopitus, ad actiones obeun-  
das excitatur & vegetior redditur,  
cujus beneficio post crudi humores  
melius digeruntur, & omnes super-  
fluitates in habitu corporis haren-  
tes, facilius discutiuntur. Quoad  
animi pathemata, ira, tristitia & ni-  
mia cura, ad transmarinas usque in-  
fulas relegandæ, quod cor vitalis fa-  
cultatis fontem & cerebrum Ratio-  
nis sedem, magnoperè violent, calo-  
rem & spiritus, in quibus omnium  
membrorum robur consistit, resol-  
vendo. Hance vitæ gubernandæ  
normam si observaveris, indubium,  
quin multò cum minori molestia  
residuos vitæ dies à S. D. consti-  
tutos transigere valeas, cujus  
Excubiis Tutelaribus  
committo.

*Finis Consultationum.*



D. AV-